πιστὸν, περὶ πάντων μὲν, ἁπλῶς· ἐν οἷς δὲ τὸ ἀκριβὲς μὴ ἔστιν, ἀλλὰ τὸ ἀμφιδοξεῖν, καὶ παντελῶς. δεῖ δὲ καὶ τοῦτο συμβαίνειν διὰ τὸν λόγον, ἀλλὰ μὴ διὰ τὸ προδεδοξάσθαι ποιόν τινα εἶναι τὸν λέγοντα· οὐ γὰρ, ὥσπερ ἔνιοι τεχνολογούντων τιθέασιν ἐν τῇ τέχνῃ καὶ τὴν ἐπιείκειαν τοῦ λέγοντος, ὡς οὐδὲν συμβαλλομένην πρὸς τὸ πιθανόν· ἀλλὰ σχεδὸν, ὡς εἰπεῖν, κυριωτάτην ἔχει πίστιν τὸ ἦθος. διὰ δὲ τῶν ἀκροατῶν, ὅταν εἰς πάθος ὑπὸ τοῦ λόγου προαχθῶσιν· οὐ γὰρ ὁμοίως ἀποδίδομεν τὰς κρίσεις λυπούμενοι καὶ χαίροντες, ἢ φιλοῦντες καὶ μισοῦντες· πρὸς ὃ καὶ μόνον πειρᾶσθαί φαμεν πραγματεύεσθαι τοὺς νῦν τεχνολογοῦντας. περὶ μὲν οὖν τούτων δηλωθήσεται καθ' ἕκαστον, ὅταν περὶ τῶν παθῶν λέγωμεν. διὰ δὲ τῶν λόγων πιστεύουσιν, ὅταν ἀληθὲς ἢ φαινόμενον δείξωμεν, ἐκ τῶν περὶ ἕκαστα πιθανῶν. ἐπεὶ δ' αἱ πίστεις διὰ τούτων εἰσὶ, φανερὸν ὅτι ταῦτα τρία ἐστὶ λαβεῖν, τοῦ συλλογίσασθαι δυναμένου, καὶ τοῦ θεωρῆσαι τὸ περὶ τὰ ἤθη, καὶ τὰς ἀρετὰς, καὶ τρίτον τὰ περὶ τὰ πάθη, τί τε ἕκαστόν ἐστι τῶν παθῶν, καὶ ποῖόν τι, καὶ ἐκ τίνων ἐγγίνεται, καὶ πῶς. ὥστε συμβαίνει τὴν ῥητορικὴν, οἷον παραφυές τι τῆς διαλεκτικῆς εἶναι, καὶ τῆς περὶ τὰ ἤθη πραγματείας, ἣν δίκαιόν ἐστι προσαγορεύειν πολιτικήν. διὸ καὶ ὑποδύεται ὑπὸ τὸ σχῆμα τὸ τῆς πολιτικῆς ἡ ῥητορικὴ καὶ οἱ ἀντιποιούμενοι ταύτης, τὰ μὲν, δι' ἀπαιδευσίαν· τὰ δὲ, δι' ἀλαζονείαν· τὰ δὲ, καὶ δι' ἄλλας αἰτίας ἀνθρωπικάς· ἔστι γὰρ μόριόν τι τῆς διαλεκτικῆς καὶ ὁμοίωμα, καθάπερ καὶ ἀρχόμενοι εἴπομεν· περὶ οὐδενὸς γὰρ ὡρισμένου οὐδετέρα αὐτῶν ἐστιν ἐπιστήμη, πῶς ἔχει, ἀλλὰ δυνάμεις τινὲς τοῦ πορίσαι λόγους. περὶ μὲν οὖν τῆς δυνάμεως αὐτῶν, καὶ πῶς ἔχουσι πρὸς ἀλλήλας, εἴρηται σχεδὸν ἱκανῶς. τῶν δὲ διὰ τοῦ δεικνύναι ἢ φαίνεσθαι δεικνύναι, καθάπερ καὶ ἐν τοῖς διαλεκτικοῖς, τὸ μὲν, ἐπαγωγή ἐστι· τὸ δὲ, συλλογισμός· τὸ δὲ, φαινόμενος συλλογισμός. καὶ ἐνταῦθα ὁμοίως· ἔστι γὰρ, τὸ μὲν παράδειγμα, ἐπαγωγή· τὸ δ' ἐνθύμημα, συλλογισμός. καλῶ δ', ἐνθύμημα μὲν, ῥητορικὸν συλλογισμόν· παράδειγμα δὲ, ἐπαγωγὴν ῥητορικήν. πάντες δὲ τὰς πίστεις ποιοῦνται διὰ τοῦ δεικνύναι,

A & celerius credimus in omnibus quidem ſimpliciter, ſed in iis, in quibus certi nihil ſit, verùm opinio dubia, etiã præcipuè. Oportet verò etiam id accidere propter orationem, ſed non quia anticipatum opinione ſit cuiuſdam modi eſſe eum, qui dicit. Non enim rectè ſe habet, quod nonnulli faciunt ex dicendi magiſtris. Ponũt in arte probitatem eius, qui dicit, quaſi nihil conferat ad id, quod eſt appoſitum
B ad fidem: ſed propemodum, vt ita dicam, potentiſſimam continent fidem mores: propter auditores autem, quoties in affectum ab oratione perducti ſint. Non enim ſimiliter iudicamus, dum mœremus, & gaudemus, aut amamus, & odio habemus. Qua de re etiam ſola conari dicimus præcepta tradere eos, qui nunc artem conſcribunt. Atque hæc quidem declarabuntur ſingillatim, cùm de affectibus
C dicemus. Propter rationes verò fidem habent, cùm verum, aut id, quod apparet, demonſtrauerimus ex iis, & quæ in quaque re ſunt appoſita ad perſuadendum. Quoniam verò fides ex his eſt, apparet tria hæc conſequi eſſe eius, qui concludere ſyllogiſmo poſſit, & qui ſpeculari de moribus & virtutibus, & tertio loco, qui de affectibus, nempe quid vnuſquiſque ſit ex affectibus, & qualis, & ex quibus
D excitetur, & quomodo. Quo fit, vt Rhetorica tanquam agnatum quiddam Dialecticæ ſit, & eius, quæ de moribus eſt, traditionis, quam iuſtum eſt appellare Politicam. Quare etiam ſubit perſonam Politicæ Rhetorica, & qui ſibi hanc vendicant partim propter ignorantiam, partim propter arrogantiam, partim etiam propter alias cauſſas humanas. Eſt enim particula quædam Dialecticæ, & ſimilitudo, quemadmodum etiam exordientes diceba-
E mus. De aliqua enim re definita neutra ipſarum eſt ſcientia, quomodo ſe habeat, ſed facultates quædam ſint parandi rationes. Ac de facultate quidem ipſarum, & quomodo ſe habeant inter ſe, dictum eſt propemodum ſatis. Quæ verò cernuntur in eo, quòd demonſtrent, vel appareant demonſtrare, quemadmodum etiam in Dialecticis, eorum quidem vnum inductio eſt, alterum autem ſyl-
F logiſmus, & qui apparet ſyllogiſmus, ita hic quoque ſimiliter ſe res habet. Nam exemplum eſt inductio, enthymema ſyllogiſmus eſt. Ac enthymema quidem voco oratorium ſyllogiſmum, exemplum verò inductionem oratoriam. Omnes autem fidem faciũt demonſtrando,